Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8140
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vndecimo ponit dicit ut filii patrem timentes. et mandata eius custodire cupientes. Beatus inquit uir qui timet dominum. in mandatis eius uolet nimis. Hic timor sec̃s permanet in seculum seculi. et inducet filios in conspectu patris eterni. In hac beatitudine currentes in memoria eterna erit gloriam et diuitias in domo dei possidebit. Duodecimo ponit beatos in via. i. in expo macula peccati ambulantes. et in lege domini. i. in caritate ambulantes. Beati inquit in maculati in uia qui ambulant in lege domini. Hoc aiia uiuet in eternum. et laudabit dominum in seculum. Tercio decimo ponit beatos mandata dei adfaciendu perscrutantes et in toto corde dominum exquirentes. Beati inquit qui scrutantur testimonia eius exquirunt eum. Hi erit a domino benedicti. sicut hi qui declinant a mandatis maledicti. Quartodecimo poni beatos desiderium suum in bonis implentes. inimicos suos demones per humilitatem uincentes. Beatus inquit qui impleuit desiderium suum in bonis. Porta est diei iudicii per quam intrat in palacium celi. In hac porta tales de peccatis ui fundent cum inimicis suis insultantes loquentes; ipsi hereditas domini erit. fructum uentris mercede habebit. Quintodecimo poni dominum ut seruiunt dominum timentes. et in uiis eius ambulantes. Beati inquit omnis qui timet dominum. qui ambulant in uiis eius. Hic timor hominem a peccatis abducit. caritatem aiie adducit. Caritas uero uitium eum foras mittit. qa hic timor penam habet. In hac beatitudine festinantes bona iustitiam omnibus diebus uite sue uidebit et pacem israel habebit. Qui enim labores manuum suarum manducabit. i. qui bona opa in uiis domini fructificabit. beatus est et bene ei erit. Hui uxor erit sicut uitis habundans. i. caro eius cum xpo qui est uitis uera exultans. filii eius sicut nouellie oliuarum. scilicet opa ipsius in benedictione sanctorum animarum. Sextodecimo poni beatos babilonis retribuentes. mala nobis inferentes. Beatus inquit qui retribuet filie babilonis retributionem quam tribuit nobis. filia babilonis est caro nra filia confusionis. Hec mala